Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



35 2A

estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super
vos: et discite a me quia mitis sum et humilis
corde: et invenietis requiem animabus vestris. Iugum
enim meum suave est et onus meum leve. Dñ. vj.
Oculus meus semper ad te domine quia ipse evellet de laqueo pedes meos. Ps.
Respice in me et miserere mihi quia unicus sum et pauper. Ps.
Ad te domine levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam.
Ps. Universi qui te exspectant non confundentur domine. Ps.
Ostende mihi domine vias tuas et semitas tuas dirige me in veritate tua et doce me.
Ps. Quoniam tu es deus salvator meus et te sustinui tota die. Ps.
Recordare miserationum tuarum domine et misericordiarum tuarum quia
a saeculo sunt haec. Ps. Memento misericordiae tuae domine et miserationum tuarum
quae a saeculo sunt haec. Ps. Ne memineris domine delicta nostra neque
ulciscaris peccata nostra